

Quo septuagesianona

intellectus speculativus et practicus.

duodecimus ar Sinderisis non est potentia sed habitus quidam naturalis. probatur sic secundum quodcumque nobis naturaliter sunt indita prima principia operabilitatis non est aliqua specialis potentia sed quidam habitus naturalis specialis. presuppositum istius patet sic. quia de quibuscumque rationatur ratio hominis illorum prima principia homini naturaliter insunt. quia cum rationatio hominis sit quidam motus progreditur ab intellectu aliquorum sibi naturaliter notorum sicut a quodam principio immobili et ad eundem etiam terminatur sed ratio hominis speculativa rationatur de speculativis et practica de operabilibus ergo. sed maior in se patet sic. quia sicut est de principijs speculabilium ita et operabilium. sed prima principia speculabilium insunt nobis non secundum potentiam aliquam sed secundum habitum specialem qui dicitur intellectus principiorum ergo sicut in operabilibus. sed sinderisis dicitur illud secundum quod nobis naturaliter sunt indita prima principia operabilitatis ut patet ex ipsa positione seu significatione nominis ergo est habitus

tredecimus ar Conscia proprie loquendo non est habitus nec potentia sed actus. probatur primo sic. quicquid importat applicationem scientie ad aliud illud est actus sic est ut ex significatione nominis dicitur enim conscia quodlibet cuius alio scia ergo est actus. Secundo probatur sic. cuiusque immediate convenit testificari. ligare vel instigare et accusare siue reprehendere illud est actus. quia omnia hec sequuntur actuali applicationem scientie ad ea que agimus vel in presenti vel in preterito scilicet fecisse vel non